



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 57. Silverius Papa. Deinde Vigilius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. Quodlibet feretrum, id est, corpus defuncti, octo Moniales cantantes & tres

A C. 536.

Nov. 43.

Acolyti comitari debebant. Ex illis undecies centum octies centum Tabernæ Fossores dabant, qui Decani, seu Lecticarii dicebantur, & ex omnibus Artificium Societatibus sumebantur. Trecentæ Tabernæ reliquæ solum pecunias dabant. Itaque omnium Defunctorum Exequiæ gratis ducebantur, nisi quis Pomparam augere & expensis communibus aliquid addere vellet.

§. LVII.

Silverius Papa. Deinde Vigilius.

Liber brev.
c. 22.

Chr. Mar-
cell. 536.

Lib. Pontif.

Cum de Morte Agapiti Papæ nuncium Romam allatum fuisset, jubente Theodato Rege in ejus locum suffectus est Silverius Subdiaconus Hormisdæ Papæ filius, qui annis duobus sedet. Interim Theodora Augusta Vigilio, Ecclesiæ Romanæ Diacono, qui Constantinopoli versabatur, clam ad se vocato, promissum extorquet; ipsum Concilium Calcedonense abrogaturum, atque ad Theodosium Alexandrinum Anthimum, & Severum litteras daturum, quibus Fidem ipsorum approbaret. Ipsa econtra Vigilio auri libras septingentas pollicebatur, mittebatque Mandata ad Belisarium, ut Papa eligeretur. Vigilius fide fœminæ data & accepta Romam venit, Silverio Sacram Sedem jam occupante. Ergo Ravennam

vennam delatus ad Belisarium, Impera- Sæculum VI.
 tricis Mandata ostendit, eique ducentas A.C. 536.
 libras aureas pollicetur, si efficeret, ut
 in locum Silverii Papa ordinaretur. Be- *Procop. I.*
 lisarius decima Dec. 536. ceperat Ro- *Goth.c.14.*
 mam, quæ suadente potissimum Silverio
 Papa deditioñem fecerat. Verum An-
 no sequente Vitiges Gothorum Rex Ur-
 bem obsidione cinxit. Multo tempore
 tenuit oppugnatio, qua durante tanta a-
 pud Gothos fuit Ecclesiarum SS. Petri
 & Pauli extra Urbem positarum Vene-
 ratio, ut non solum nihil mali illis intu-
 lerint, sed etiam Clerici plenam liberta-
 tem officiis divinis vacandi reliquerint.

Interim Silverius Papa accusatur,
 quod Gothis scripsisset, Liberat.c.22
 Urbem secreto Procop. I.
 traditus. At omnibus constabat, Ca- Goth.c.25.
 lumniatorum hoc esse commentum, at-
 que quemdam Causidicum, cui nomen
 Marcus, & militem Prætorianum, cui no-
 men Julianus, falsas litteras quasi a Sil-
 verio ad Regem Gothorum scriptas cu-
 disse, nihilominus Belisarius vocato ad
 Palatium Silverio tam ipse quam uxor e-
 jus Antonina, quam Augusta arcanorum
 omnium participem habebat, secreto qui-
 dém sed summo conatu persuadere ad-
 laborarunt, ut Imperatrici morem gere-
 ret, Concilium Calcedonense tolleret,
 & datis litteris Hæreticorum Fidem ap-
 probaret. Papa e Palatio regressus illis,
 quo-

Sæculum VI. quorum consilio utebatur, aperuit, quid
A.C. 537. Augusta a se exigeret, (*) & in Eccle-
siam S. Mariæ Sabinæ se recepit. Illo
rursus ad eum mittitur Photius Antoni-
næ ex prioribus nuptiis filius, qui eum
ut ad Palatium rediret invitavit, addi-
to juramento promittens, incolumem fu-
turum. Qui Silverium Papam comita-
bantur, suadebant, ne se fidei Græcorum
etiam jurantium permitteret. His non
obstantibus exiit, & in Palatium conces-
sit. Hac quidem die nihil mali ipsi illatum,
sed ob jurisjurandi Religionem ad Eccle-
siam, in qua morabatur, redire licuit.

A Belisario tertio quoque accersitus
Silverius intellexit, sibi strui insidias; ni-
hilominus postquam orasset, & Causam
suam Deo commendasset, ex Ecclesia
prodiit, & in Palatium ivit. Advenien-
tem jusserunt solum intrare, atque ex illo
tempore illis, qui ipsum secuti fue-
rant, nunquam amplius visus est. Al-
tera die Belisarius Presbyteros, Diaconos
& omnes Ecclesiæ Romanæ Clericos con-
vocatos alium Papam eligere jussit. His
quid sibi faciendum dubitantibus, &
quibusdam resistentibus, tandem Belisa-
Schisma VII. rii Auctoritas prævaluit, & Vigilins 22.
Nov. anno 537. Papa ordinatus est. Tunc
vero

(*) Tristissimum lectu certe est in Historia Ec-
clesiastica Vigilii Schisma! sed, *Dux Fæmina fa-*
ci! Virg. L. I.

verò Belisarius instare, ut sibi Vigilius Sæculum VI.
stipulatas ducentas auri libras traderet, A. C. 537.
& quod Augustæ promiserat, impleret.
Sed Vigilius, ut jam ea facere vellet, æ-
gre adduci poterat, tum avaritia tum Ro-
manorum metu prohibente.

Silverius Papa interea in Exilium mis-
sus est Pataram in Lycia, cujus Civitatis
Episcopus Constantinopolim profectus
Justiniano Dei vindictam denunciavit,
quod temere totius Ecclesiæ Caput Sede
sua expulisset. Imperator omnium, quæ
Imperatrix egisset, ignarus, jussit ut Sil-
verius Romanam revehernetur, & in Rei ve-
ritatem inquireretur, an litteras ad Go-
thos dedisset, & siquidem scripsisse con-
vinceretur, in alia Urbe Episcopus esse
juberetur, si autem innocens esset, in
Sedem suam restitueretur. Tum Pela-
gius Diaconus, quem Agapitus Apocry-
frium suum Constantinopoli reliquerat,
ab Imperatrice subordinatus, ipsiusque
Mandata deferens, tanta qua potuit ce-
leritate profectus est, ut effectum Man-
datorum Imperatoris, & Silverii in Ur-
bem redditum impediret. Sed potior
fuit Cæsarei Mandati Reverentia. Ergo
Silverio redeunte territus Vigilius, me-
tuensque, ne Sede pelleretur, ad Belisa-
rium misit, qui dicerent suis verbis: *Tra-
de mihi Silverium, alias quod a me exi-
gis, non possum.* Ita Silverius duobus
Defensoribus aliisque Vigiliū servis tradi-

Hist. Eccles. Tom. VII.

Oo tus,

Sæculum VI. tus, in Insulam Palmariam delatus est,
A.C. 538. ubi custoditus, & vigesima Julii, 538. inedia extinctus est, postquam Sacram Se-
dem duobus annis tenuisset.

*Liber. Viii.
Tun. Chr.* Tum Vigilius, ut, quod promiserat Imperatrici, efficeret, Antoninæ tradidit Epistolam ad Theodosium Alexandrinum, Anthimum Constantinopolitanum depositum & Severum Antiochenum datam, in qua profitetur, se eandem ac ipsos Fidem tenere, sed rogat ut hanc Epistolam secretam habeant, imo se ipsis suspe-ctum esse fingant. Cum hac Epistola misit Fidei suæ Confessionem, in qua duas in JEsu Christo Naturas & S. Leonis Epistolam rejiciebat, Anathema dicens illis, qui unam Personam & unam Essen-
tiam non confiterentur. Nominatim Paulum Samosatenum, Diodorum Tar-
fensem, Theodorum Mopsuestenum &
Theodoreum anathematizat. Cum Hæ-
reticis secreto scripsisset, Possessionem S.
Sedis retinuit.

§. LVIII. *Epistolæ Vigilii.*

Ep. 4. p. 315. Publice Vigilius nunquam non Fidem Catholicam professus, id ipsum da-
tis ad Imperatorem Justinianum litteris authentice comprobavit. Imperator offensus quod Vigilius, Pontificatum au-
spicatus, pro more sibi non scripsisset, nec Mennæ Patriarchæ Epistolæ, quæ Fi-
dei